



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VIII. De Congregationibus Beatæ Virginis, & Bonæ Mortis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

cessio (cùm intermittendam PP. censuis-
sent) jussu Greg. XIII. retenta est. " " C. 3. D. 35.
Idem tamen Pontifex voluit Nostros li-
beros omnino esse à publicis Processioni- x Greg. XIII.
bus, seu precibus, nec ab ullis Ordina- p. 155.
riis cogi posse, ut illis interessent. x

4. Si tamen contingeret, ut interesse *Eadem quo lo-*
compelleremur publicis Supplicationibus; *co. & visu.*
superpelliceo utemur, juxta communem
honestorum Clericorum morem. De loco
tamen, & Ordine procedendi relinquen-
dum est eorum arbitrio, qui nos voca-
runt. y *y C. 3. D. 25.*

SECTIO VIII.

*De Congregationibus Beatæ VIRGINIS,
& bonæ Mortis.*

1. **E**Recte sunt intra nostra septa Sodalitates B. V. primò quidem in Collegio Romano pro externis Scholasticis, ad hoc; ut hi certis diebus, & horis convenientes in nostrum Templum Annuntiationis Beatæ MARIÆ, Confessionis, & Eucharistiæ Sacramenta ibidem frequentarent, & Divinis officiis, colloquiis, & exhortationibus spiritualibus, aliisque piis operibus vacarent; cui Sodalitati, beneficio Apo-
Institutio. & exercitia Congregationum B. V. & bonæ Mortis.

Apostolico, pluribus Indulgentiis ornatae
 Præpositus Generalis, seu Vicarius alias
 erectas in quibuscumque nostris Domibus,
 Collegiis, & Residentiis, quin & in aliis
 Domibus, seu Seminariis existentibus sub
 directione Societatis, & constantes etiam
 ex non Scholaribus potest aggregare; ita
 ut æquè, ac prædicta Congregatio Prima-
 ria indultis, ac Indulgentiis ei concessis
 fruatur. 2.

2 Greg. XIII.
 p. 256. & Six-
 tus V. p. 269 &
 Idem. p. 3. In
 App. Inst. Soc.
 Impr. an. 1665
 & Clem. VIII.
 p. 301. & Or. c.
 2. §. 1.

*Non possunt ha-
 bere bona im-
 mobilia, & cer-
 tos redditus.*

2 Greg. XIII.
 p. 260. & Or. c.
 21. §. 3. & Bre-
 ve M. S. Greg.
 XV. 15. April.
 1621. & Decl.
 Sac. Congr. de
 qua mentio in
 literis encycli-
 cis Secr. Socie-
 tatis 10. Sept.
 1605.

*Forma eas ag-
 gregandi Pri-
 maria Roma-
 na.*

2. Est autem advertendum Congrega-
 tiones, quarum directio à Societate susci-
 pitur, nullo modo bona immobilia aut
 certos redditus admittere posse; cum nec
 Societas capax sit eorum reddituum, nec
 ipsa Sodalitiam; cum ejusmodi esse oporteat,
 ut à Nostris erecta, quancumque illi se
 subducere voluerint, eo ipso dissolvantur.
 Ceterum ex hac ordinatione illud etiam
 commodi accidit, ut hæ Sodalitates non
 subsint Ordinariorum Visitationibus: sed
 à Societate, cujus fuit earum Instituta
 condere, dirigantur. 2.

3. Porro modus, quo dirigi debeat po-
 stulatio aggregationis Sodalitatum ad pri-
 mariam Romanam, paucis comprehenditur.
 1. Cum Reçtori, accedente etiam
 Provincialis judicio, videbitur tot esse per-
 sonas, & tales, ut nova Congregatio
 institui

institui debeat; curabunt ut aliqui ex iis binas literas Romam scribant, alteras ad P. Generalem (penes quem unum est aggregandi potestas) quibus id petant; alteras ad ipsum Præfectum, & Assistentes Primariæ Congregationis, flagitantes ut eam gratiam apud P. Generalem procurent. 2. Expensæ in exscribendis literis patentibus pro aggregationibus hujusmodi, non suscipiantur ab aliis, quam ab ipsis Provinciis. Provincialis tamen prospiciat peculiari aliqua ratione, ne Collegia, & Domus hisce sumptibus graventur. *b*

b Or. c. 21. §. 2. 3.

4. Præterea à P. N. Vincentio Carrafa anno 1648. instituta est in Templo Domus Professæ Romanæ, atque exinde in reliqua Societatis Templa maximo fructu propagata Congregatio, quam vocant Bonæ Mortis; quia certo hebdomadæ die conveniunt utriusque sexus Christi Fideles, ut piis adhortationibus, & precibus ad sanctum vitæ finem peragendum juventur. Atque hanc Congregationem Alexander VII. Indulgentiis munivit, Brevi expedito 21. Augusti 1655. ubi asserit eandem esse auctoritate Apostolica confirmatam.

Congregatio Bonæ Mortis.

5. Non permittendum autem ut cum Congregationibus Externorum Nostri

Congregationes Externorum non admittenda.

Y

mis-

misceantur ; nec ulli earum conventus apud nos agantur, nisi qui ad finem Societatis conducerent. ^e

^e P. 7. c. 4. G.
& R. Prov.
103.

SECTIO IX.

De Exercitiis spiritualibus.

*Exercitiorum
Institutio, &
utilitas.*

d Paul. III. in
Form. p. 9. &
32. & Jul. III.
in eadem pag.
61. & P. 7. c.
4. § 8. & C.
5. D. 58. &
C. 7. D. 40.

*Modus ea tra-
dendi in Dire-
ctorio.*

^e Ep. Secr. So-
cietatis præ-
fixa eidem
Directorio.

1. **E**Xercitia spiritualia, auctore S. I. G. NATIO, ex Sacris Scripturis, & vitæ spiritualis experimentis elicita, & in certum ordinem, ad piè movendos Fidelium animos, redacta, sunt unum ex Instrumentis essentialibus Instituti Societatis; quibus illa ad suorum, Externorumque spiritualem profectum utitur; & quibus referri debent, magna ex parte, accepti uberes fructus, quos eadem Societas in Ecclesia Dei ubique gentium producere non cessat. ^d

2. In hoc armorum spiritualium genere tractando erudiendi sunt nostri Scholastici, ut indicatum est P. 2. Cap. 5. Sect. 7. §. 6. & ad hanc scientiam parandam, ex Decr. 107. Con. 1. & approbatione Con. 5. Directorium peculiare compositum est, atque vulgatum. ^e Rejecto igitur Lectore ad uberrimam hujus Directorii institutionem, huc pauca revocabuntur, quæ sparsa in Constitutionibus, & Regulis extant.